

DE PRINCIPE
T E M P L O
PANORMITANO
LIBRI XIII.

IN QUIBUS OSTENDITUR PANORMITANA CATHEDRA
A S. Petro Apostolo instituta :

DESCRIBITUR MAXIMA ECCLESIA,
PRIMA, SECUNDA, TERTIA, QUARTA, HODIERNA,

*Earumque Situs, Majestas, Architectura, Forma, Titulus, ...
Consecratio, Altaria, Icones, Lipsana, Simulacra,
Marmora, Mausolea Casarea, Regia, Pontificia,*

*Privilegia, Decora, bina Concilia Provincialia, aliaque Monu-
menta non edita recensentur, & illustrantur,*

Cum duplici Indice Librorum, Capitumque, & rerum memorabilium,

A U C T O R E

P. JOANNE MARIA AMATO

PANORMITANO E SOCIETATE JESU.

In calce post pag. 490. nunc primùm ex Autographo Codice M. S. penes
Auctorem, in lucem prodit BARTHOLOMÆI DE NEOCASTRO
J. C. Messanensis diù expetita *Historia sui temporis* ab excessu Friderici II.
Imperatoris, Siciliaeque Regis ab anno 1250. ad usque annum 1294. ubi
Synchronus Auctor agit fusè de Siculis Vesperis, bellisque frequentibus
contra Neapolitanos Reges, Carolum I. & II. Andegavenses in ipsomet
Neapolis Regno.




PANORMI MDCCXXVIII.

Ex Typographia Joannis Baptistæ Aiccardo.

Impr. Sidoti V. G.) Impr. Drago P.

INTEGERRIMÆ VIRGINI, MATRI DEI ADMIRAN-
BILI, MARIÆ IN COELUM ASSUMPTÆ,
TEMPLI PRINCIPIS TITULARI,
D. D. D. Joannes Maria Amatus Soc. Jesu.



L E C T O R I.

E Nostris 11. Ecclesiis cathedralibus, 3. majoribus, 8. minoribus, 2. tantum explicatæ: descriptionem Archiepiscopalis *Monteregalensis* edidit in 4., Romæ apud Franciscum Zannetti 1588. Joannes Aloysius Lellus, & in folio, Panormi per Augustinum Epiro 1702. Michael Judice, Episc. *Cephalensis* in 4. Romæ apud Bertanos 1645. Benedictus Passafumine, Archiep. *Panormitanae* ego, ad situm cujus in dicandum, urbis præmitto notitiam: *pilam* pro pilastro, pro perpetua *acoemeticam*, semper vigilantem lampadem dico: *pharum*, pendulum candelabrum masculini generis usurpavit male typographus: ad elucidandam Siciliam sacram, ac prophanam, Sanctorumq. Pan. cultum leges 2. *concilia* provincialia Pan., 3. regia *necrologia*, aliaq. non edita monumenta *Sicula*, *Itala*, *Latina*, *Græca*, *Hispanica* è tabulariis deprompta: cum S. Bernardo de privilegiis SS. *Præcursoris*, licet *hujus sermonis aurea non rutilet pulchritudo, tentabimus tamen rerum veritatem qualicumq. stylo perstringere, illud Sapientis attendentes, prudentibus viris non placere phalerata, sed fortificata: ut sæculo indulgeam erudito, in calce Sicularum Vesperarum* historiam addo, quam, si per tempus licebit, correctam, adjectis notis recudam. Vale.



VINCENTIUS LUCCHESI

Præpositus Provincialis Societatis Jesu in hoc Sicilia Regno.

CUM Librum, cui titulus: *De Principe Templo Panormitano, Primo, Secundo, Tertio, Quarto, Hodierno*; à P. Joanne Maria Amato nostræ Societatis Sacerdote compositum, tres ejusdem Societatis Sacerdotes, quibus commissum fuit, recognoverint, & in lucem edisse probaverint, facultate nobis à Rev. P. N. Michaele Angelo Tamburini Præposito Generali communicata, concedimus, ut typis mandetur; si ita iis, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, & nostro sigillo munitas dedimus. Panormi die 20. Julii 1724.

VINCENTIUS LUCCHESI,

LIBER PRIMUS

URBS PANORMITANA.

CAPUT PRIMUM.

PALEOPOLIS.

P *Anbormus* Græce, *totus portus* Latine, *prima sedes*, *corona regis*, & *regni caput*, antonomastice *urbs felix*, *concha aurea*, anno mundi 1976. ante Christum 2077. a Pelasgis gygantibus, Elise posteris condita: Valguarnera *antiquitas Pan.* f. 483. post erectam in latere dextero Neapolim, a Græcis dicta *Paleapolis*, *Paleopolis*, urbs antiquissima: post excitatum sinistro in latere Transpapyretum, A. 880. *Primaria: Theodosii excidium Syracusarum* f. 150. *Media* 1170. *Falcandii calamitas Siciliae* f. 11. quia munitissima, per Saracenos A. 820. *Alcassar*, castellum: quia ab hostibus numquam expugnata, 1129. *Chalera*, libera: *Edrisii Nubiensis itinerarium: Invegii apparatus* t. 2. *annal. Pan.* f. 14. necnon *Roggiero Conte fabricò la prima torre del palazzo, detta la torre rossa, e volendo fabricare la prima torre verso Dinisindi, trovo una porta marmorea, dove era scritto un verso, che diceva averlo scritto Giacobbe, che aveva anni 5077. in fino a quel giorno, che la ritrovò il Conte Roggiero, e così lo fece mettere alla detta torre, quale verso e scritto in lettere Caldee, ed Ebraiche: credo, che sia quello, che all'ora è, quando si saglie le scale, che si va a San Pietro: Paruta miscellanea ms. extructam urbem auxit altera colonia A. M. 2276. A. C. 1777. marmor supra Patitellorum januam. Vivente Isaac, filio Abrahe, & regnante in Idumæa, atque valle Damascena Esau, filio Isaac, ingens Chaldaeorum manus, quibus adjuncti multi Damasceni, atq; Phœnices, profecti ad hanc triangularem insulam, sedes perpetuas locaverunt in hoc amœnissimo loco, quem Panbormum cognominaverunt: Valguarnera f. 447. tertia colonia A. M. 2326. A. C. 1727. epigraphe apud turrim Baych. Non est alius Deus præter unum Deum: non est alius potens præter eundem Deum: neque est alius victor præter eundem, quem colimus, Deum: hujus tur-*

A ris

LIBER QUARTUS

Tertium Templum Princeps Pan.

CAPUT PRIMUM.

EXTRACTIO.

Victor, civis, Archiep. ac Numidiæ Primas: Pirr. *not.* 1. *Pan.* f. 60. suadente Magno Gregorio in Romanum Præfulem consecrato 3. Sept. 590. cæpit erigere templum 3. princeps A. 592. ut Arianæ pestis memoriam aboleret: hinc secundam diruit ecclesiam, vicinas ædes, hortos, & synagogas Judæorum, ut novam basilicam magnificentius excitaret: Hebræi Pontificem appellantes, duplicem ab eo epistolam impetrarunt A. 597. Victori *l. 6. epist.* 26. alteram 598. Fantino, S. R. E. Defensori Pan. *lib. 7. epist.* 59. ut de injuria illis illata sese purgarent: Gregorius, approbatis utriusq; rationibus, everfas noluit domos, restitui, quod alias fecisse cognoscimus: *epist. 5. l. 7. transmissa* A. 598. ad Januarium, Calaritanum in Sardinia Præfulem, præcipiens Judæis reddi synagogam a Petro, ob catholicæ fidei zelum, ereptam, addens, *sicut legalis diffinitio novas non patitur erigere synagogas, ita quoq; eis sine inquietudine veteres habere permittit:* basilica præ 2. templo surrexit proximior Aquiloni, portuiq; magno, frontem convertens occasui, tribunas ortui, occupansq; navem dexteram hodiernæ basilicæ, viam publicam, Clarissarumq; parthenonem: novi templi emicat magnitudo: Magnus Gregorius basilicam nuncupat: *cum nō quæcumq; ecclesie appellantur basilica, sed ille tantum, quarum augustior esset amplitudo:* Baronii *notæ Martyrol.* 5. *Aug* necnon *composita, ingens, atque pulcherrima ædificiis* prædicatur a chronico Normann. *bi-* *blioth. hist. Sicula:* architecturam obtinuit Gothicam illo ævo per celebrem, eandemq; formam S. Mariæ de Pieta per Belisarium A. 535. excitatæ: cujus ideam affert Inveg. *t. 2. f. 424.* at elegantiori cultu, nam A. 820. 827. 1040. Saraceni Panormum occupantes, non Belisarianam, sed principem ecclesiam in suæ superstitionis converterunt delubrum: etsi Belisariana per Invegium possedit

in